

IN¹ NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT PRAEFATIO
SANCTI ISIDORI² LIBRI³ HUIUS.

[H. 1] Isidorus Mercator servus Christi lectori conservo suo et parenti⁴ in
domino fidei salutem.

- 5 Compellor a multis tam episcopis quam reliquis servis dei canonum sententias
colligere⁵ et uno in volumine redigere et de multis unum facere. Sed hoc me⁶
oppido conturbat, quod diversae interpretationes varias sententias faciunt⁷, et
licet unus sit sensus, diversae tamen sunt sententiae, et⁸ aliae
longiores, aliae breviores. [H. 2] Ea vero concilia, quae Graeco sunt edita stylo,
10 amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta
repperimus. Quod si veritas est quaerenda e pluribus, Graecorum sequamur
stylum eorumque imitemur dictiones atque exemplaria; sin⁹ minus, ipsi dicant¹⁰

Quellen:

1f. *IN – HUIUS* Invokation nach der Invokation Lothars I. (In nomine domini nostri Iesu Christi dei aeterni); anschließend nach Hadriana-Rezension In nomine domini incipit praefatio libri huius, vgl. zuerst E. Seckel, Die erste Zeile Pseudoisidors, die Hadriana-Rezension In nomine domini incipit praefatio libri huius und die Geschichte der Invokationen in den Rechtsquellen, aus dem Nachlaß mit Ergänzungen hg. v. Horst Fuhrmann (SB Berlin 1959 Nr. 4) sowie jetzt K. Zechiel Eckes, Auf Pseudoisidors Spur, MGH Studien und Texte, 31, 2002, S. 14f.

3-4 *Isidorus – salutem* vgl. Hinschius, Der Beiname Mercator in der Vorrede Pseudo-Isidors, ZKR, Bd 6 (1866), S. 148-152, der die Entlehnung der Inskription aus Marius Mercator nachgewiesen hat; vgl. auch NiBl, MIÖG 11, 1890, der aus der Inskription folgendes Anagramm herausgelesen hat: *Rottadus vero civitatis Suessionensis rector Incmaro Remensi foedo archipresuli dolum*. Rothad v. Soissons ist auch der früheste Nutzer der Falschen Dekretalen im pseudoisidorischen Sinne und zugleich einer der wenigen Reimser Suffraganbischöfe, die während der gesamten Zeit der Tätigkeit der Fälscher, also von ca. 835 bis in die 50er Jahre des 9. Jahrhunderts hinein, einen Bischofssitz innehatte.

Rezeption:

2: *Isidorus – suo*: Ivo, Pan. II,125 (s. auch 31-35); Gratian D. XVI, c. 4 (s. auch 31-35).

2-3: *Isidorus – salutem*: Ivo, Decr. IV,107 (s. auch 31-35; 164-167)

¹ IN – CHRISTI *fehlt* V630

² ISIDORI] ISIDORI EPISCOPI V630

³ LIBRI HUIUS *durchgestrichen* V630

⁴ parens N442; I83; VD38

⁵ colligere et uno in volumine redigere] colligere et in uno volumine redigere *korr. aus* colligere V630

⁶ me *fehlt* V630

⁷ FACIANT V630

⁸ et *fehlt* I83

⁹ sin *interlinear wiederholt* V630

¹⁰ dicant *korr. aus* dicat V630

atque exponant¹¹, quibus tot sunt exemplaria quot codices. Nobis tamen videtur¹², cum in nostro discrepaverint¹³ sermone, ut unitas et veritas ab ipsis quaerenda sit, quorum lingua edita esse noscuntur. Quod et nos fecimus, et sicut a veris eorum repperimus magistros, in volumine, cui haec praeponitur praefatiuncula, inserere curavimus.

[H. 3] Canon autem graece, latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recto¹⁴ ducit, ne¹⁵ aliquando¹⁶ aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi praebeat, sive quod distortum pravumque quid corrigat. Synodum autem ex graeco interpretari comitatum vel coetum. Concilium¹⁷ vero nomen tractum ex communi intentione eo, quod in unum dirigant¹⁸ ¹⁹ omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. Unde et, qui sibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Coetus vero conventus est vel congregatio a coeundo, id est, conveniendo in unum, unde et conventus est nuncupatus, quod ibi omnes conveniunt, sicut conventus, coetus vel concilium a societate multorum in unum.

[H. 4] In principio vero voluminis huius, qualiter concilium apud nos celebratur, posuimus, ut, qui nostrum ordinem sequi voluerint²⁰, sciant, qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant, quod iusto canonicoque

Quellen:

18-27 *Canon autem - in unum*, praef. coll. Hisp. i. f.

28-47 *In principio - imbuantur exemplis* sec. praef. cit., multis a Pseudo-Isidoro interpolatis.

Rezeption:

18-27 *Canon - unum*: Coll. Ans. ded. III,2

¹¹ exponant *korr. aus* exponat V630

¹² videtur *interlinear wiederholt* V630

¹³ discrepaverint V630

¹⁴ recto] recto tramite *korr. aus* recte V630

¹⁵ ne] nec V630

¹⁶ aliquando *korr. aus* quando N442; quando I83; VD38

¹⁷ Concilii N442

¹⁸ redigant I83

¹⁹ dirigant omnem mentis *korr. aus* redigat omnes mentes V630

²⁰ voluerint] voluerint sequi voluerint VD38

atque sapientissimo consilio²¹ iudicaverint. Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis praeponimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos²² recipiunt et sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt et inter canonicas posuerunt
 35 constitutiones. Deinde quarundam epistolarum decreta apostolicorum intersedavimus, id est Clementis, Anacleti, Evaristi et ceterorum apostolicorum, quas hactenus repperiri²³ potuimus, epistolas usque ad Silvestrum papam. Postmodum vero Nicenam synodum constituimus propter auctoritatem eiusdem magni concilii. Deinceps diversorum conciliorum Graecorum ac Latinorum, sive
 40 quae antea, seu²⁴ quae postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum capitulis suis distincte sub huius voluminis aspectu locavimus, subicientes etiam reliqua decreta praesulum Romanorum usque ad sanctum Gregorium et quasdam epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicae non impar conciliorum exstat auctoritas, quatenus ecclesiastici ordinis disciplina
 45 in unum a nobis coacta atque digesta et sancti praesules paternis instituantur regulis, et oboedientes ecclesiae ministri vel populi spiritalibus imbuantur exemplis et non malorum hominum pravitatibus decipiantur.

[H. 5] Multi enim pravitate et cupiditate depressi, accusantes sacerdotes oppresserunt.

Ideo sancti patres leges²⁵ composuerunt, quas sanctos canones appellaverunt.

50 Multi ergo idcirco alios accusant, ut se per illos excusent aut eorum bonis ditentur. Plerique vero christiani²⁶ boni propterea tacent, et portant²⁷ aliorum

Quellen:

49 *Ideo sancti - appellaverunt*, Cassiod. hist. trip. II, 14. Cf. Iul. 4,11.

50-55 *Multi ergo - demonstrantur*, August, serm. 351 de util. agend. poen. I. no. 10. (ed. Ben.V. p. 1359).

Rezeption:

31-35: *propter - constitutiones*: Ivo, Decr. IV,107 (s. auch 2-3; 164-167)); Ivo, Pan. II,125 (s. auch 2); Gratian D. XVI, c. 4 (s. auch 2).

²¹ consilio *korr. aus* concilio V630

²² eos *korr. aus* eorum V630

²³ repperire V630; VD38

²⁴ sive N442

²⁵ legis N442; leges *fehlt* VD38

²⁶ christiani boni] boni christiani V630

²⁷ portant *interlinear wiederholt* V630

peccata, quae noverunt, quia documentis saepe deseruntur, quibus ea, quae ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare²⁸ possunt²⁹, quoniam licet vera sint quaedam, non tamen iudicibus credenda sunt, nisi quae certis iudiciis³⁰ demonstrantur, nisi quae manifesto iudicio convincuntur, nisi quae iudiciario³¹ ordine publicantur. [H. 6] Nullus³² enim, qui suis est rebus exspoliatus aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata³³ ei legibus restituantur, et ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriae³⁴ regulariter restitutus eius multo tempore libere potiatur honore, iuxta canonicam
60 accusari, vocari, iudicari aut damnari institutionem³⁵ potest. Unde et historia ecclesiastica, ab Eusebio Caesariensis³⁶ episcopo confecta, de muliere quadam, quae pro castitate a marito accusabatur, ait: Praeceptum vel inditum³⁷ est ab imperatore lege lata, ut primo permetteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde responderet obiectis. Haec omnes leges tam
65 ecclesiasticae quam et vulgares publicaeque³⁸ praecipunt³⁹. Horum vero

Quellen:

55f. *nisi quae - publicantur*, Ben. III. 259 (Isid. syn. lib. II. no. 86). Cf. Vict. 4, Sixt. II. pp. 7, Iul. 12.
56-60 *Nullus enim qui - potest*, Ben. III. 153. Cf. Steph. 6, Fel. II. pp. 12. IV. (Sixt. I. pp. 6, Sixt. II. pp. 6, Iul. 12).
61-65 *Unde et historia ecclesiastica - praecipunt*, Euseb. hist. eccl. IV, 17.

Rezeption:

56-60: *Nullus - potest*: Burchard, Decr. I,141; Bonizo III,56; Ivo, Decr. V,256; Ivo Pan. IV,49
56-92: *Nullus - praecipunt*: Coll. Ans. ded. III,144
57f.: *omnia - restituantur*: Gratian C. II, q. 2, c. 2 (s. auch 64f.)
61-65: *historia - praecipunt*: Gratian C. XXXIII, q. 2, c. 3 (s. auch 90f.)
63f.: *ut - obiectis*: Deusdedit IV,349 (Text lautet: *Leges saeculi habent, ut accusatis primo permittatur res familiares eorum libere et diutius ordinare, tum deinde respondere obiectis*)
64f.: *omnes - praecipunt*: Gratian C. II, q. 2, c. 2 (s. auch 59f.)

²⁸ probare] probare non V630

²⁹ possunt V630

³⁰ iudiciis V630

³¹ iudiciario korr. aus iudicario VD38

³² am Rande De spoliatis VD38

³³ ablatam VD38

³⁴ propria V630; N442

³⁵ institutionem] institutionem non V630

³⁶ cesariensi V630

³⁷ inditum V630

³⁸ publicique N442

³⁹ praecipunt - licet cetera fehlt VD38 (Blattverlust)

concinnantia, si omnia ponerentur, ante deficeret dies quam horum similia et nimis proluxa fieret epistola.

Ex pluribus tamen aliqua hic ad provocationem⁴⁰ aliorum inserere iudicavimus.

Ait namque sanctus Leo Romanae ecclesiae antistes⁴¹ in epistola Calcidonensi
70 concilio missa, cuius initium est: Leo episcopus synodo Calcidonensi.

Optaveram quidem, dilectissimi, et reliqua: in qua inter cetera⁴² sic testatur
dicens: quia vero non ignoramus per pravas aemulationes multarum
ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres iniuste sedibus suis
pulsos et in exilia deportatos atque in locum superstitem alios substitutos⁴³, his
75 primitus vulneribus adhibeatur medicina iustitiae. Nec quisquam ita careat
propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquant, ut nemini
quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo
ius proprium reformetur.

Eadem et antiqui apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicenam sanciverunt.

80 Eadem synodus, quae habita est in Lamsa⁴⁴ sub Valentiniano loquitur. Eadem
plurimae Romanae synodi⁴⁵ testantur, eadem papa Symmachus et ceteri sancti
patres sanxerunt, quorum statuta prolixitatem vitantes hic inserere distulimus. Si
quis autem haec plenius scire et legere voluerit, suis in auctoribus invenire et
legere pleniter poterit. Nobis vero hac⁴⁶ in praefatiuncula ista sufficiunt⁴⁷. Et
85 sicut militi⁴⁸ ex multis armis illa sufficiunt, quae ferre⁴⁹ congruenter super se
poterit, sic nobis de multis sententiis una aut duae, vel quantum tunc temporis
necesse fuerit, sufficiunt, quoniam, sicut cum uno telo aut duobus inimicum

Quellen:

⁶⁹ *Ait namque* etc. Leon. M. ep. 93. (1,1067).

⁷²⁻⁷⁸ *quia vero — reformetur*, l. c. c. 3. (1, 1071). Cf. Ben. II. 337, Evarist. 7.

⁴⁰ provocationem I83

⁴¹ antistis I83; N442

⁴² ceteras N442

⁴³ substitos I83

⁴⁴ laisa V630

⁴⁵ synodus N442; I83

⁴⁶ haec V630

⁴⁷ sufficiant V630

⁴⁸ militi *korr. aus milit* N442

⁴⁹ ferre *korr. aus fere* V630

vincimus, sic cum una aut duabus⁵⁰ sententiis auctoritate plenis aemulum superamus.

- 90 Si enim de mulieribus et saecularibus hominibus haec constituta sunt, multo magis⁵¹ ecclesiasticis viris et sacerdotibus sunt concessa. Haec eadem vero⁵² ecclesiastica iura iubent et saeculi leges praecipunt. [H. 7] Similiter accusatores et accusationes, quas saeculi leges prohibent, canonica funditus repellit auctoritas. [H. 8] Synodorum vero congregandarum auctoritas apostolicae sedi privata commissa
- 95 est potestate, nec ullam synodum ratam esse legimus, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Haec canonica testatur auctoritas, haec historia ecclesiastica roborat, haec sancti patres confirmant.
- [H. 1] Scire autem vos, octoginta⁵³ episcopos, qui hoc opus me incipere et perficere coegistis, et cunctos reliquos domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa
- 100 viginti capitula, quae apud nos habentur, Niceni synodi repperimus, et⁵⁴ in decretis Iulii papae septuaginta capitula eiusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cetera decreta apostolicorum posuimus, haec scrutantibus et cunctis nosse volentibus rimandam. Nam quod plura quam viginti⁵⁵ capitula sint Niceni concilii, in multis invenitur locis.
- 105 Legitur enim in Constantinopolitano concilio ita: Manifestum est, quod illa,

Quellen:

92f. *Similiter accusatores — repellit auctoritas*, Ben. II. 381. (c.96. conc. Afric.) cf. Ben. III. 108, 307. et c. 9. Anglir., Telesf. 4, Calist. 16, Steph. 7, Euseb. 2, Iul. 7,12, Fel.II. pp. 12 xv., Dam. 14.

94-96 *Synodorum vero congregandarum — congregata vel fulta* sec. c. 2. Anglir. (Ben. II. 381 aut Cass. hist. trip. IV, 9.) cf. Iul. 5, Pelag. II. pp. ep. 1.

105 *in concilio Constantinop.* c. 2. conc. Const. I. (D.) cf. Ben. II. 381, III. 81, c. 8. Anglir.

108 *in epistola Innoc. papae*, c. 3. ep. a Ps.-Is. cit.

Rezeption:

90f.: *Si — concessa*: Gratian C. XXXIII, q. 2, c. 3 (s. auch 62-66)

⁵⁰ duabus sententiis auctoritate plenis] duas sententias auctoritate plenas *N442*

⁵¹ magis] magis et *I83*

⁵² vero] vero et *V630*

⁵³ octuaginta *N442*

⁵⁴ *am Rande* Nicena sinodi septuaginta capitula sunt *V630*

⁵⁵ triginta *N442*; viginti *korr. aus viginti I83*

quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciae synodus dispenset, sicut Niceno constat decretum esse concilio.

Legitur et in⁵⁶ epistola Innocentii papae Victricio Rotomagensi⁵⁷ episcopo directa ita: Si quae causae vel contentiones inter clericos et laicos vel inter clericos tam maioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, placuit, ut secundum synodum Nicenam congregatis omnibus eiusdem provinciae episcopis iudicium terminetur, et reliqua.

Sancta etiam memoria⁵⁸ Theophilus Alexandrinus episcopus suis in epistolis meminit in concilio Niceno statutum esse, ut ab octavo Idus Martii usque in diem Nonas Aprilis, diebus scilicet viginti et octo, qualiscumque luna nata fuerit in quolibet medio spatio, perhibet⁵⁹ facere initium primi mensis, quartamdecimam⁶⁰ vero a duodecimo Kl. Aprilis usque in quartodecimo⁶¹ Kl. Maii solerter inquiri, etiam si die sabbatorum inciderit, consequenti die dominico, id est luna quintadecima⁶², pascha celebrare conscripsit⁶³, et si die dominico luna quartadecima eiusdem mensis, id est primi mensis, evenerit ipsa ebdomada transmissa ad alterum diem dominicum, pascha sine dubio celebrare conscripsit.

His et aliis quamplurimis exemplis patet plura esse quam viginti Niceni concilii capitula et veram⁶⁴ esse praedictam Iulii papae epistolam. Nobis autem⁶⁵ quidam e consortio fratrum nostrorum orientales testati sunt se vidisse

Quellen:

113 *Theophilus Alexandrinus*, cf. vita Victoris pp. in libro pontificali et infra eiusd. pp. decret. I. (in cod. Quesnell. a Ballerin. Tom. III. op. Leon. M. ed. p. 206.) cf. Ben. II. 381, III. 109.

⁵⁶ in *fehlt* V630

⁵⁷ rotomagensi *korr. aus* rotomagensis V630; rotomacensi N442; I83

⁵⁸ memoriae *korr. aus* memoria V630

⁵⁹ prohibet V630

⁶⁰ XIIIImas V630; I83

⁶¹ XVIII V630

⁶² quintadecima N442

⁶³ conscripsit, et si die dominico luna quartadecima eiusdem mensis, id est primi mensis, evenerit ipsa ebdomada transmissa ad alterum diem dominicum, pascha sine dubio celebrare conscripsit *korr. aus* conscripsit V630

⁶⁴ vera N442

⁶⁵ autem *korr. aus* atem I83

concilium Nicenum habens potio⁶⁶rem quattuor evangeliorum magnitudinem
 continens in se sessiones episcoporum et introductiones⁶⁷ iudiciaque
 quaerimoniarum atque definitiones⁶⁸ et constitutiones necnon et subscriptiones
 eorum.

130 [H. 10] Ad cuius similitudinem magnum Calcedonense concilium conscriptum esse
 confirmaverunt, et demum alia Constantinopolim condita, unum videlicet sub
 Iustiniano imperatore contra dei impugnatores Origenem⁶⁹, Didimum et
 Evagrium, et aliud temporibus Agathonis⁷⁰ papae et Constantini imperatoris
 contra Macharium episcopum et Stephanum eius discipulum ac reliquos
 135 episcopos, qui pro frumento zizanium⁷¹ ecclesiis seminaverunt, vinum
 miscuerunt aquae et proximo potum dederunt eversione⁷² turbidam⁷³ et
 tamquam lupi agni⁷⁴ simulabant⁷⁵ mendacium, et veritas ut mendacium
 refutabatur.

[H. 11] Nosse etiam oportet, licet cetera non infirment⁷⁶, quattuor esse principalia
 140 concilia⁷⁷, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent ecclesiae tam de patris
 et filii et spiritus sancti divinitate quam de praedicti filii et salvatoris nostri
 incarnatione. Prior harum Nicena synodus est trecentorum decem et octo
 episcoporum sub Constantino Augusto peracta, in quo Arrianae⁷⁸
 perfidiae blasphemia⁷⁹ condemnata, quia⁸⁰ inaequalitatem sanctae trinitatis idem⁸¹
 145 Arrius asserebat, consubstantiali deo patri dei filium eadem⁸² sancta synodus

Quellen:

139-163 *quattuor esse principalia concilia* — *omni manent stabilita vigore*, praef. coll. Hisp.

⁶⁶ potio^{rem} korr. aus portio^{rem} V630

⁶⁷ introductiones korr. aus introductionis I83

⁶⁸ definitionis I83

⁶⁹ originem I83

⁷⁰ Agathonis korr. aus Agathoni I83

⁷¹ zizania korr. aus zizanium N442

⁷² eversionem I83

⁷³ turbida V630

⁷⁴ agnis I83

⁷⁵ simulabant I83

⁷⁶ infirmentur V630

⁷⁷ concilia fehlt V630

⁷⁸ arriana V630

⁷⁹ blasphemia korr. aus blaphemia I83

⁸⁰ qua N442; VD38

⁸¹ idem fehlt V630

per symbolum definivit. Secunda synodus centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim⁸³ congregata, quae Macedonium sanctum spiritum deum esse negantem condemnans consubstantialem patri et filio eundem paraclitum demonstravit dans latius symboli formam, quam tota Graecia
 150 et Latinitas in ecclesiis praedicat. Tertia synodus est Ephesina⁸⁴ prima ducentorum episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita, quae Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condemnavit ostendens manere in duabus naturis unam domini nostri Iesu Christi personam. Quarta est synodus Calcedonensis sexcentorum triginta sacerdotum sub Martiano⁸⁵ principe
 155 habita, in qua Euticen, Constantinopolitanum abbatem, verbi dei et carnis unam naturam pronuntiantem et eius defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia praedamnavit, praedicans eadem synodus⁸⁶ Christum deum sic natum de virgine, ut in una substantia et⁸⁷ divinae et humanae confiteantur naturae.
 160 Haec sunt, ut praediximus, quattuor principales⁸⁸ et venerabiles synodi fidem catholicam complentes⁸⁹.

Sed et si qua sunt concilia, quae sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt, post istorum quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore.

Primo⁹⁰ quidem ordo, ut praedictum est, de celebrando concilio insertus habetur
 165 et postmodum canonum apostolorum ac primorum apostolicorum, id est a sancto Clemente usque ad sanctum Silvestrum decretorum atque diversorum conciliorum breviarium interpolatur sequens ordinem suum.

EXPLICIT PRAEFATIO⁹¹.

Rezeption:

164-167: *Primo* – *suum*: Ivo Decr. IV,107 (s. auch 2-3; 31-35)

⁸² idem V630

⁸³ constantinopolim *korr. aus* constatinopolim I83; Constantinopoli VD38

⁸⁴ ephesina *korr. aus* ephesiana V630

⁸⁵ martiano *interlinear wiederholt* V630

⁸⁶ synodis N442

⁸⁷ et *fehlt* V630

⁸⁸ principales *korr. aus* pricipales I83

⁸⁹ complectentes V630

⁹⁰ Primus V630

⁹¹ EXPLICIT PRAEFATIO *fehlt* V630